Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



12

p exercitu romanorum et perdet colonos ~~suos~~ malos
male perdet. et vineam suam locabit alijs agricolis
apostolis scilicet et alijs discipulis tradet regendam ecclesiam
suam. qui reddant ei fructum temporibus suis. quitendo multi
tudinem gentium per predicationem suam Cum audisset dixe
runt illi Absit Ille autem respiciens eos dixit Quid
ergo est hoc quod scriptum est. nonne scripturam hanc legistis la
pidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in
caput anguli Ad litteram ita dicit quod ingrisse in edificio
cum templum salomonis quidam lapis planus oblatus
est. et quia non potuit quomodo collocari. ideo planus
rejectus est et ipse reprobatus ab edificantibus Ultimo autem
positus est in angulum cum angulum ubi quugebat priores
templi Et de illo dicit in ps Dominus factum est istud
et est mirabile in oculis nostris. quia illud non fuit a casu
sed ex divina providencia. quia lapis iste prefigurabat
christum. qui pulsatus et multiplicitur reprobatus est a prin
cipibus sacerdotum. et tunc factus est in caput anguli qui
gens iudeos et gentiles qui duos parietes in vna
ecclesiam Ideo dico vobis quia regnum dei regnum est ecclesie. et dabitur genti fa
cienti fructum eius scilicet apostolis et eorum successoribus Et qui
ceciderit super lapidem istum peccando per lubricitatem carnis
seu alijs peccatis. offendet sed non omnimodo quia non ta
gravit peccat sicut ille qui peccat peccato infidelitatis.
Et ideo super quem ceciderit scilicet super eum in quo inuenit
peccatum infidelitatis. comminuet et obterit eum Et cum au
dissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius.
agnouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum